

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quae etiam aliorum qui tum temporis floruerunt, commentaria ad nos
peruenerint. Cap. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

sanctum auguste & religiose celebremus. Verum enim vero præter opera & epistolas Irenæi, quæ iam demonstratæ sunt, extat liber illius breuissimus ille quidē, summè tamen necessarius contra Gentiles, qui de scientia inscribitur. Alius item memoratur quem fratri cuidam nomine Marciano dedicauit: in quo apostolicæ prædicationis rationem & modum exponit. Accedit his liber quidam de variarum rerum disquisitione: in quo tum epistolæ ad Hebræos, tum libri sapientie Salomonis mentionem facit, certaque testimonia ex eisdem deprompta citat. Tot sunt igitur Irenæi opera, quæ ad nos nostramq; notitiam peruererunt.

Quæ etiam aliorum qui tum temporis floruerunt, commen-
taria ad nos peruererint. C A P. XXVI.

Commodo autem tredecim annos imperij administratione perfuncto, Seuerus cum vix sex mensibus continuis Pertinax post mortem Commodi imperii gubernacula occupasset, successit in imperium. Etsi complura certè apud multos veterum ecclesiasticorum scriptorum, qui tum vixerunt, eximiæ virtutis, & exquisitæ diligentiae monumenta hucusque reseruantur, tamen quæ ipsi vidimus, sunt hæc solum, quæ sequuntur: Heracliti commentarii in apostolum: Maximi opera, cum de controuersia illa apud hereticos multum iactata exagitataque, nimirum unde vitium natum sit, tum de materia, quod ortum habeat: explicaciones item Candidi in sex dies, & Apionis in idem argumentum. Sexti similiter libri, de resurrectione, & aliud etiam opus Arabiani. Aliorum item penè infinitorum lucubrations, quorum vel tempora scriptis mandare, vel memoriam rerum gestarum persequi (præsertim cum nulla oblata sit occasio) importunum prope videretur. Et quanquam alii libri aliorū multorū ecclesiasticorum scriptorū, verè de religione & fide sentientiū (sicut cuiusq; expositiones in sacrâ scripturâ editæ cōmonstratprimum abegit
libri nō enser
quod uocibus
scripta reperiuntur, istorū noīa recensere nō possumus.) ad nos peruererunt: tamē quia auctores eorū nobis ideo incogniti sunt, quod illorū nomina in libris minime inseruntur, istorū noīa recensere nō possumus.

De his